


## Lectori Benevolo Salutem cum pacis Voto! Summum rerump. decus est ...


[S.l.], 1655

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742555062>

Druck Freier  Zugang










MLK-9453-(1.)



*Ex  
Bibliotheca  
Academiae  
Rostochiensis*







Inhalt:

(Progr. 1631) G. Schedius, Metaphrasis poet. Feschajahu proph. coniectionum.  
 Funebria in obitum Gust. Adolphi Suec. reg. .. habita a G. Schedio, Rector Sch. Gustr. 1633.  
 Lesus Regius, Das ist Schmelde Klag: u. Trauer Schrift üb. d. Eintritt .. Gustr. Adolphi .. Autore G. Schedio. 1633.

Progr. 1646. (Lectorum ad ont. invitat Rector Sch. Gustr. etc)

1648.

1649 (Jan., März, Dec.)

1650. (1. Aug. II Nov.)

1652.

1653.

1655.

1658. (1. Oct. u. Von Lecture.)

1663.

Natales Reipublicae Meclenburgicae sacri. Gustr. 1666.)

Joh. Schumannus, de mysterio pietatis.  
 sub pras. G. Voigtii, Gustr. 1671.  
 (Vom Gedächtnis)

Hucht, Disp. log. de formali enunciationis redupl. et spec. sub prals.

G. Voigtii, Rectoris .. defendet. Gustr. (1671.)

Wagner, De oraculis Sibyll. sub pr. Voigtii .. def. Gustr. (1672.)

Progr. 1702. (Contra indifferentiam religionum.)

F. Otto, Theses log. resp. Daleke. Gustr. 1706. Editio II. 1710.

De veritate rel. christ. .. resp. Stark. Gustr. 1710.

In alterum jubilaum Lutherianum .. Gustr. 1717.

Laeculare laudis sacrificium .. dlatum a novellis Athenaei Gustr. Collegis. (1717)

Thesium misc. decadem .. moderante F. Ottone Rector. prop. D. Sandow. G. 1717.

Triumph. Lied .. 2. Luth. Jubel. Fest. .. G. (1717)

Festum transl. Bild. Luth. germ. .. celebr. .. in urb. Richter. Gustr. Rector. (1719.)

Cantata .. (1719)

Progr. 2. Festum sac. II Augustanae Confessionis .. in urb. .. (1730)

Cantata .. (1730)

Progr. 2. Geburtstagfeier des Herzogs 1731. (Richter, De Henrico Leone)

[1733 steht ill. 885-7]

1732. (Di Alberto et Johanne)

1734. (De rebus Meclenburgicis)

Ms. Progr. 2. Geburtstagfeier d. Herzogs 1718 ff. u. a. siehe ill. 74.



Progr. z. Geburtstagsf. des Herzogs. 1735. (Richter etc.)

1736. ( " " )

1737. ( " " )

1738. ( " " )

1739. ( " " )

1741. ( " " )

1743. ( " " )

1744. ( " " )

1745.

1746.

1747.

~~1748~~ *Leverii darnu bucolicum* ed. Richter. 1747.

1749.

1750.

*Philippi Julii Ducis Rom. diarium itineris* ed. Richter. 1750.





129  
6  
LECTORI BENEVOLO

*Salutem cum pacis Voto!*



Ummum rerump. decus est, cum  
Ecclesiæ Christi & studiis veræ de  
DEO doctrinæ hospitium, &  
tranquillam sedem præbent.  
Nam in civitatibus & imperiis ho-  
mines consociantur, & sanctis ac  
mirandis legum, judiciorum, contractuum &  
conjugiorum vinculis inter se adstringuntur, non  
solum ut DEI ter-sancti, ter-optimi, ter-maximi  
sapientia & justitia in piorum defensione & inju-  
storum pœnis conspiciatur & celebretur, coetusq;  
hominum in urbibus & politiis his inter se nervis  
devincti & colligati conserventur quieti & inco-  
lumes: præcipuè verò, ut in tali homilia & homi-  
num frequentia alius alium de vero DEO omni-  
umq; virtutum officiis docere, & vera DEI noti-  
tia in publicis congressibus longè latèq; spargi &  
propagari possit. Castra Israelitarum in deserto  
arcam foederis in medio collocatam undiquaque  
cingebant. Tabernaculum illud designabat CHRIS-  
STUM



STUM, in quo <sup>καθ' ἑκείνην πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς</sup> & pro-  
miserat DOMINUS, se arcæ affuturum, & ibi respon-  
sagratiosè daturum: ita civitates & politia Eccle-  
siam CHRISTI castris suis cingere ac tueri debent; &  
tàm diu florent urbes, ac vigent resp. quàm diu ma-  
nent hospitia Ecclesiæ cum timore DEI, sapientiâ  
& consilio. Floruit regnum Ægypti, donec fa-  
miliæ Jacob hospitium præbuit. Postea cum ex-  
asperata esset tyrannis contra Israelitas, regnum  
diu florentissimum variis seditionibus quassatum  
est. Tota domus Obed Edom felix est propter  
præsentiam arcæ. Navis quæ Paulum vehebat, etsi  
videbatur mersura navigantes, tamen ex tempe-  
state eluctata Socios Pauli in portum integros &  
incolumes perduxit. Sic DEUS benefacit politiis  
& urbibus, quæ fovent Ecclesias & Scholas.

Talis Resp. & domicilium DEI cum existat  
MEKELNBURGUM patria nostra dulcissima sub  
patrocinio Serenissimi, Celsissimi & Religiosissimi  
Principis ac Domini, Domini GUSTAVI  
ADOLPHI, Ducis Mekelnburgici &c. Domini  
nostri Clementissimi; toto pectore de summo  
hoc

MIT 2



hoc bono atqve ornamento Patriæ & nobis gratulamur. Laudatur DOMINUS in civitate DEI nostri, DEUS in domibus ejus cognoscitur. Megalepolis ædificata est, ut sit civitas, in quâ convenient homines ad testimonium Israel, ad confitendum nomini DOMINI. Et quia frustra vigilant custodes urbium, nisi DOMINUS custodiverit civitatem; ex intimis suspiriis DEUM Statorem ac custodem politiarum precamur, ut provinciæ nostræ pacem & prosperitatem præsentem ac æternam largiatur, & gubernatores atqve judices urbium & tribuum laudatissimos Spiritu sancto regat, & florentes perpetuò conservet.


Singuli etiam nostro loco juvemus, quæ ad salutem publicam & patriam ornandam pertinent. Quod pensi habens Clarissimus & Præstantissimus Vir, DN. ANDREAS METZMACHERUS, illustris Gymnasii nostri Rector apprimè industrius hunc in se laborem suscepit pro annuâ Homagii Gustroviani memoriâ succinctam totius Megalespoleos Chorographiam nobis exhibere, & quæ in eâ urbes, quæqve oppida quâ ditione, quo tractu



tractu sita sint, & quæ in iis memoratu digna, sci-  
tuq; jucunda evenerint, ipso Serenissimorum  
PRINCIPUM nostrorum titulo monstrante ordi-  
nem, eruditâ oratione ostendere. Hanc, DEO  
volente, in Auditorio primæ Classis die crastino,  
qui erit 18. Julii ab horâ 9. matutinâ recitare decre-  
vit. Cui solenni actui, ut Magnifici, Nobilissimi,  
Consultissimi, Reverendi, Clarissimi, Prudentis-  
simi Viri, & qui præterea humanioribus favent  
studiis, ad sesquihoræ spatium adesse non dedi-  
gnentur, quâ possum humanitate rogo; Dn. ve-  
rò Rectoris nomine officiosè & peramanter invi-  
to. Hoc ipsum ut ad majorem DEI gloriam &  
Patriæ laudem institutum est; sic nos quoque cul-  
tu demereri studebimus, & sedulò annitemur.  
Gustro VI d. 17. Julii Anno 1655.

M. S. A.  
Superintendens.





















hoc bono atqve ornamento Patriæ & i  
lamur. Laudatur DOMINUS in civitate  
DEUS in domibus ejus cognoscitur.  
lis ædificata est, ut sit civitas, in quâ  
homines ad testimonium Israel, ad co  
nomini DOMINI. Et quia frustra vigila  
urbium, nisi DOMINUS custodiverit civ  
intimis suspiriis DEUM Statorem ac  
politiarum precamur, ut provinciæ  
cem & prosperitatem præsentem ac æ  
giatur, & gubernatores atqve judices  
tribuum laudatissimos Spiritu sancto  
rentes perpetuò conservet.

Singuli etiam nostro loco juvem  
salutem publicam & patriam ornan  
nent. Quod pensi habens Clarissimu  
tissimus Vir, DN. ANDREAS METZ  
illustris Gymnasii nostri Rector appr  
us hunc in se laborem suscepit pro an  
gii Gustavoiani memoriâ succinctam  
galespoleos Chorographiam nobis ex  
quæ in eâ urbes, quæque oppida quâ di

